

*quotidie*. In hoc exemplo nomen (*y*) *utsyakakuaki* significat *tuus modus te gerendi*, ex verbo *ukwaknani*, *ita me gero*: ex quo verbo composito cum radice *suk* verbi *sukui*, prodit *usukwaknani*, *bene me gero*. Forma *tsqalsilsukui* videtur habere significationem peculiarem *prosperitatis*, veluti si habeatur fortuna secunda.

Si aliquod verbum componatur cum verbis *eundi* et *veniendi*, saepe verti debet per subiunctivum latinum praeposita particula *ut*, vel per gerundium cum praepositione *ad* e. g. *usil-tsikal-tukutska-klisni lakasa'anlgunini Piel, venio ad nuntiandum tibi non amplius aegrotat Petrus*: *ususal-itkinni kapsin, eo ad aliquid faciendum*.

#### DE FORMA VERBALI (*u*).

Vidimus in articulo praecedenti verba *colendi* construi cum alio verbo sub forma subiunctiva, dummodo subiecta tum verbi *colendi*, tum alterius verbi sint diversa. Si autem subiectum utriusque verbi sit unum idemque, verbum alterum, ad quod respectum dicit verbum *colendi*, assumit formam specialem, quam appellamus formam (*u*). Haec forma habet desinentiam declinationis, et ipsas characteristicas participiales personarum, addita litera *u*. Accipe schema formae (*u*) ex verbo *utsukwati, sumo*.

|                |                     |
|----------------|---------------------|
| ku -n-tsukwati | ku -n-tsukwatallani |
| kin-n-tsukwati | kin-n-tsukwatkilni  |
| ki -n-tsukwati | ki -n- tsukwati     |

Forma (*u*) communiter vertitur per infinitivum latinum vel per gerundium in *di*; verti etiam posset per subiunctivum cum particula *ut*. Exempla:

ukalwini kuntsukwati, *colo sumere, est mihi mens sumendi*  
 nkalwini kin'ntsukwati, *vis sumere, est tibi mens sumendi*  
 kalwini kintsukwati, *cult sumere, est illi mens sumendi*

Cave utaris forma (*u*) quoties subiecta verborum sunt diversa; proinde ne dicas e. g. *ukalwini kin'ntsukwati*, sed dices: *ukalwini nntsukwat, volo ut sumas*. Recte tamen usurpabis formam (*u*) si verbum sit reciprocum: e. g. *nisnilwini I. C. kinupganimalni kmatlis, I. C. fait ille qui voluit ut ad invicem se viderent (Ipse) cum diabolo*